

Dum corpus effertur ex ecclesia, cani possunt:

### Antiphona I

VII

**I**

n paradí-sum \* dedúcant te ánge-li: in tu-o

ad-ventu suscípi- ant te mártynes, et perdúcant te

in ci-vitá-tem sanctam Ie-rú-sa-lem.

### Antiphona II

VII

**C**

horus ange-ló-rum \* te sus- cí-pi- at, et cum

Láza-ro quondam páupe-re ætérnam hábe-as ré-

qui-em.


### Antiphona III

II

**E**


- go sum \* resurrécti- o et vi-ta: qui credit in

me, ét-i- am si mórtu-us fú-e-rit, vivet: et omnis



qui vivit et credit in me, non mo-ri-é-tur in æ-  
térnum.

## Psalmus 113 A



**Y. 1** In *éx-i-tu* Isra-el de *Ægyp-to*, \* domus Iacob de  
pópu-lo **bárbaro.** **Ant.** Ego sum.

- 2 *Factus* est Iuda sanctuárium eius, \* Israel potéstas eius. **Ant.** Ego sum.
- 3 *Mare* vidit et *fugit*, \* Iordánis convérsus est *retrórsum*. **Ant.** Ego sum.
- 4 *Montes* saltavérunt ut *aríetes*, \* et colles sicut *agni óvium*. **Ant.** Ego sum.
- 5 *Quid est* tibi, mare, quod *fugísti*? \* et tu, Iordánis, quia convérsus es *retrórsum*? **Ant.** Ego sum.
- 6 *Montes*, quod saltástis sicut *aríetes*, \* et colles, sicut *agni óvium*? **Ant.** Ego sum.
- 7 *A fácie* Dómini, contremísce, **terra**, \* a fácie Dei Iacob. **Ant.** Ego sum.
- 8 *Qui* convértit petram in stagna *aquárum*, \* et sílicem in fontes *aquárum*. **Ant.** Ego sum.